

IOANNES ANTONIUS MANSER
ABBATISCELLENSIS HELVETUS



**POSITIONES
EX
UNIVERSA THEOLOGIA
DOGMATICO-SCHOLASTICA
SELECTAE**



CRACOVIAE 2024

www.ultramontes.pl



POSITIONES
EX
UNIVERSA THEOLOGIA
DOGMATICO-SCHOLASTICA
SELECTAE

IOANNES ANTONIUS MANSER
 ABBATISCELLENSIS HELVETUS

-
1. Datur DEUS. *Contra Atheos.*
 2. Isque est infinite perfectus. *Contra Socinianos.*
 3. Unus in natura. *Contra Ethnicos, Tritheitas, aliosque Polytheos.*
 4. Et trinus in personis. *Contra Sabellianos, caeterosque Anti-Trinitarios.*

5. DEUS unus et trinus colendus est cultu non solum interno, sed etiam externo. *Contra quosdam Novatores.*
6. Datur ergo vera aliqua Religio in mundo. *Contra Atheos.*
7. Eaque non solum naturalis, sed etiam positive revelata. *Contra Deistas, omnesque Religionis revelatae hostes.*
8. Potest autem DEUS revelare mysteria etiam quae sunt supra rationem. *Contra eosdem.*
9. Increduli vero, qui talia mysteria a DEO revelata credere renuunt, manifeste peccant in ipsam rationem. *Contra eosdem.*
10. Porro ex omnibus Religionibus actu existentibus unica tantum est a DEO revelata;
11. Nimirum Religio Christiana. *Contra Paganos, Judaeos, Mahumetanos, etc.*
12. Haec enim sola est evidenter credibilis;
13. Reliquae vero omnes sunt evidenter incredibiles. *Contra eosdem.*
14. Atque haec vera Christi Religio perpetuo durare debet.
15. Et quidem in Ecclesia visibili. *Contra Protestantes.*
16. Necesse igitur est, ut vera Christi Ecclesia certis quibusdam notis insignita sit, ex quibus agnosci, et a falsis Christianorum sectis discerni possit.
17. Tales autem notae sunt praecipue hae quatuor, quod vera Christi Ecclesia sit Una, Sancta, Catholica, et Apostolica.
18. Cum hae notae omnes Ecclesiae Romano-Catholicae convenient,
19. Et nulla earum ulli alteri sectae Christianae propria sit;
20. Evidenter credibile est, quod Ecclesia Romano-Catholica veram Christi fidem teneat,
21. Et evidenter incredibile, quod ulla alia Christianorum secta eamdem teneat. *Contra eosdem.*

22. Nec solum evidenter credibilis, sed etiam evidenter amplectenda est fides Ecclesiae Romano-Catholicae, sine qua nemo salvari potest. *Contra eosdem, item contra Indifferentistas tam laxiores quam strictiores, etc.*
23. Cum autem in Ecclesia saepe oriantur dubia in materia fidei et morum, debet dari infallibilis harum controversiarum Judex.
24. Qualis non est Princeps, vel Magistratus politicus,
25. Nec Scriptura seu sola, seu cum spiritu privato. *Contra Protestantes.*
26. Nec spiritus privatus sine Scriptura. *Contra Schwenkfeldianos.*
27. Nec solum lumen rationis. *Contra Deistas.*
28. Sed dictus Judex est ipsa vera Christi Ecclesia, nempe Romano-Catholica. *Contra Protestantes, et alios Acatholicos.*
29. Haec eadem est quoque infallibilis in declaranda orthodoxia vel heterodoxia textuum dogmaticorum alicujus libri.
30. Etiam in sensu litterali ab auctore intento. *Contra Jansenianos.*
31. Neque huic adscriptioni obstant gesta Vigilii Papae in causa trium capitulorum,
32. Neque declaratio Zosimi Papae, qua libellum Caelestii Pelagiani orthodoxum pronuntiavit,
33. Neque alia facta historica.
34. Praeterea Ecclesia infallibilem suam docendi, judicandique auctoritatem exercet, dum corpus primorum pastorum, id est, Episcoporum, adsentiente Romano Pontifice, aliquid in materia fidei aut morum in generali Concilio definit. *Contra Protestantes.*
35. Aut dum idem corpus primorum pastorum per Christiani orbis provincias dispersum, dogmaticae Romani Pontificis definitioni consentit. *Contra Appellantes ad generale Concilium.*
36. Immo, quia Ecclesia ex institutione Christi supra Petrum, ejusque legitimos Successores tanquam petram in fide firmissimam ac immobilem aedificata est,

37. Recte inferendum censemus, Romanum Pontificem aliquid ex cathedra definientem esse infallibilem jam ante adsensum Ecclesiae.
38. Adhaec, quemadmodum Divus Petrus primatum non solum honoris, sed etiam jurisdictionis in universos Fideles habuit,
39. Neque ab Apostolis illum, vel ab Ecclesia, sed immediate a Christo Domino accepit:
40. Ita ejusdem legitimi Successores Romani Pontifices eumdem primatum in universam Ecclesiam obtinent,
41. Et quidem non jure duntaxat humano, nec ex dispositione Ecclesiae, vel Principum laicorum gratia, sed jure divino, seu ex institutione Christi. *Contra Graecos schismaticos, et Protestantes.*
42. Ubi etiam notandum, quod Christus claves immediate Petro, non vero immediatus Ecclesiae quam Petro, contulerit. *Contra Richerium, ejusque asseclas.*
43. A visibili Ecclesiae Capite Romano Pontifice ad invisibile illius Caput progredimur, quod est Christus Dominus, Ecclesiam sponsam suam interno gratiarum influxu, perpetuaque protectione sustentans et conservans.
44. Hic est ille MESSIAS, Patribus in veteri Lege promissus. *Contra Iudeos.*
45. Quem jam advenisse, praecipue ex revelatione divina Danieli de septuaginta hebdomadis facta, ostendimus. *Contra eosdem.*
46. Idem etiam est verus DEUS, Patri divino ομοούσιος, seu consubstantialis secundum divinam naturam. *Contra Arianos, et Socinianos.*
47. Duae autem in Christo sunt naturae, divina et humana, inconfusae. *Contra Eutychianos.*
48. In una tamen Verbi persona hypostatice unitae. *Contra Nestorianos.*
49. Ob eamdem personae in Christo unitatem Beatissima Θεοτόκος, seu Deipara dicenda est. *Contra eosdem.*

50. Ex qua Verbum carnem veram et non duntaxat umbratilem assumpsit.
Contra Phantasiastas.
51. Quemadmodum vero duplicem naturam, ita et duplicem voluntatem atque operationem, divinam scilicet et humanam, in Christo confitemur.
Contra Monothelitas.
52. Caeterum mysterium Incarnationis, hactenus a nobis expositum, neque ex parte Verbi assumentis,
53. Neque ex parte naturae assumptae,
54. Neque ex parte unionis hypostaticae repugnantiam involvit. *Contra Paganos, Deistas, Socinianos, etc.*
55. Verbum incarnatum seu Christus est Auctor Sacramentorum Novae Legis,
56. Quorum septem sunt numero. *Contra Protestantes.*
57. Ad horum validam administrationem nec fides requiritur. *Contra Rebaptizantes et Donatistas.*
58. Nec probitas. *Contra Donatistas, Valdenses, Wicleffum, et Hussum.*
59. Attamen requiritur intentio faciendi quod facit Ecclesia. *Contra Lutherum.*
60. Qualis non est intentio, ritum externum serio ponendi, si minister Sacramenti intus in animo dissentiat, et Sacramentum conficere nolit.
Contra Juenin, et multos alios recentiores.
61. Primum Novae Legis Sacramentum Baptismus est, in quo Christus tanquam formam praescripsit expressam trium Sanctissimae Trinitatis personarum invocationem. *Contra non paucos Sectarios veteres, et recentiores; item contra quosdam Theologos catholicos.*
62. Sumptio Sanctissimae Eucharistiae sub utraque specie nequaquam omnibus lege divina praecepta est. *Contra Protestantes.*
63. Ecclesia a Christo potestatem accepit, non modo rite dispositis declarandi, peccata eorum esse remissa; sed etiam vere remittendi eadem in Sacramento Poenitentiae. *Contra Protestantes.*

64. Quo beneficio ut quis fruatur, divino paecepto debet distincte confiteri ministro hujus Sacramenti omnia peccata sua, saltem gravia. *Contra Wicleffum, et Protestantes.*
65. Lex continentiae clericalis in Ecclesia tam graeca, quam latina est antiquissima,
66. Et aequissima; sive spectemus jus naturale, sive positivum divinum, sive humanum. *Contra Protestantes, et alios clericalis caelibatus osores.*
67. Neque contra hanc legem quidpiam evincitur ex facto Paphnutii in Concilio Nicæno I.,
68. Aut ex carmine Sancti Gregorii Nazianzeni de vita sua, vel ex epistola Sancti Udalrici ad Nicolaum Papam.
69. Sacramenti matrimonii ministrum ipsosmet contrahentes esse, defendimus.
70. Praeter Sacraenta ex meritis Christi Servatoris nobis etiam dantur gratiae actuales internae ad actus salutares eliciendos, et finem supernaturalem consequendum.
71. Est enim gratia actualis supernaturalis interna ad omnem prorsus salutarem actum necessaria. *Contra Pelagianos.*
72. Etiam ad initium fidei et salutis. *Contra Semi-Pelagianos.*
73. Porro dividitur gratia actualis interna in efficacem, et pure sufficientem. Gratia efficax non est necessitans. *Contra Lutheri, Calvini, et Jansenii sequaces.*
74. Neque ea consistit in delectatione relative victrice *Cl. Patris Berti, aliorumque hodie plurimorum.*
75. Neque in praemotione physica *Bannesiana.*
76. Sed est auxilium a Deo ex affectu specialiter benevolo creaturae rationali collatum, de quo DEUS sine actuali decreto praedeterminante aut praedestinante ab aeterno praevidit, illud cum consensu creaturae conjunctum iri, si id creaturae daret.
77. Quamvis autem multis gratia efficax detur; pluribus tamen datur gratia pure sufficiens, quae nihilominus verum est DEI beneficium. *Contra Jansenianos.*
78. Praeter gratias internas, aliaque salutis media DEUS nobis etiam angelos custodes dedit.

79. Immo communis est Theologorum sententia, singulis hominibus, suum tutelarem angelum esse adsignatum. *Contra Calvinum.*
80. Sicut autem angeli boni nos custodiunt, ita angeli mali non animas duntaxat hominum,
81. Sed etiam corpora variis modis divexant;
82. Quemadmodum expertus est Sanctus Job, et experiuntur energumeni.
83. Tales enim tempore Christi Domini datos fuisse, homo catholicus inficias ire nequit.
84. Quin etiamnum quosdam eorum dari, convincentia argumenta ostendunt.
85. Caeterum angeli seu boni, seu mali, incorporei sunt. *Contra Platonicos, et quosdam alios veteres.*
86. Poena angelorum malorum et hominum damnatorum aeternum durat. *Contra Origenem, et Socinianos.*
87. Animae vero hominum in statu gratiae decedentium, necdum rite purgatae, in piaculari carcere ad tempus detinentur. *Contra Valdenses, Albigenses, et Protestantes.*
88. Quae tamen piis vivorum suffragiis juvari possunt. *Contra eosdem, et Aërium presbyterum Arianum.*
89. Lex, quae promulgata non est, haud obligat.
90. Dividitur autem lex generalissime spectata in naturalem, et positivam. Lex naturalis nec mutabilis, nec dispensabilis est; unde jus naturae conditionatum, proprie loquendo, non datur.

Pentateuchus Moysis contra incredulos propugnatus, una cum Positionibus ex Universa Theologia selectis; quas Praeside Laurentio Veith SS. Theologiae Doctore, eiusdemque Professore publico, ordinario in Lyceo catholico Augustano, solenni disputationi subiicit Ioannes Antonius Manser Abbatiscellensis Helvetus. Die 27 Iulii, Anno MDCCCLXXXIX (1789). Superiorum permissu, pp. [145-152].

Introductio ad Sacram Scripturam, et Compendium historiae ecclesiasticae usque ad annum MDCCCXXXVI. Cum indice copiosissimo. Accesserunt *Notitia librorum juris utriusque*, et *Positiones ex universa Theologia dogmatico-scholastica selectae.* Editio denuo aucta et emendata. Avenione. APUD FRANCISCUM SEGUIN, TYPOGRAPHUM. 1836, pp. 191-195. (1)

PENTATEUCHUS
MOYSIS

CONTRA INCREDOLOS

PROPUGNATUS,

UNA CUM

POSITIONIBUS

EX

UNIVERSA THEOLOGIA

SELECTIS;

QUAS

PRÆSIDE

LAURENTIO VEITH

SS. THEOLOGIÆ DOCTORE,

EIUSDEMQUE PROFESSORE PUBLICO, ORDINARIO
IN LYCEO CATHOLICO AUGUSTANO

SOLENNI DISPUTATIONI SUBIICIET

IOANNES ANTONIUS MANSER

ABBATISCELLENSIS HELVETUS.

DIE 27 IULII, ANNO MDCCCLXXXIX.

SUPERIORUM PERMISSU.

(Augustae Vindelicorum)

POSITIONES
EX
UNIVERSA THEOLOGIA
DOGMATICO-SCHOLASTICA
SELECTÆ

- I. Datur DEUS. *Contra Atheos.*
- II. Isque est infinite perfectus. *Contra Socinianos.*
- III. Unus in natura. *Contra Ethnicos, Tritheitas, aliosque Polytheos.*
- IV. Et trinus in personis. *Contra Sabellianos, ceterosque Anti-Trinitarios.*
- V. DEUS unus & trinus colendus est cultu non solum interno, sed etiam externo. *Contra quosdam Novatores.*
- VI. Datur ergo vera aliqua Religio in mundo. *Contra Atheos.*
- VII. Eaque non solum naturalis, sed etiam positive revelata. *Contra Deistas, omnesque Religionis revelatæ hostes.*
- VIII. Potest autem Deus revelare mysteria etiam, quæ sunt supra rationem. *Contra eosdem.*
- IX. Increduli vero, qui talia mysteria a Deo revelata credere renuunt, manifeste peccant in ipsam rationem.
Contra eosdem.
- X. Porro ex omnibus Religionibus actu existentibus unica tantum est a Deo revelata;
- XI. Nimis Religio Christiana. *Contra Paganos, Judæos Mahometanos &c.*
- XII. Hæc enim sola est evidenter creditibilis;
- XIII. Reliquæ vero omnes sunt evidenter incredibiles.
Contra eosdem.

*

XIV.

Positiones

- XIV. Atque hæc vera Christi Religio perpetuo durare debet;
- XV. Et quidem in Ecclesia visibili. *Contra Protestantes.*
- XVI. Necesse igitur est, ut vera Christi Ecclesia certis quibusdam notis insignita sit, ex quibus agnosci, & a falsis Christianorum sectis discerni possit.
- XVII. Tales autem notæ sunt præcipue hæ quatuor, quod vera Christi Ecclesia sit Una, Sancta, Catholica, & Apostolica.
- XVIII. Cum hæ notæ omnes Ecclesiæ Romano - Catholicae convenient,
- XIX. Et nulla earum ulli alteri sectæ Christianæ propria sit;
- XX. Evidenter credibile est, quod Ecclesia Romano - Catholicæ veram Christi fidem teneat,
- XXI. Et evidenter incredibile, quod ulla alia Christianorum secta eandem teneat. *Contra eosdem.*
- XXII. Nec solum evidenter credibilis, sed etiam evidenter amplectenda est fides Ecclesiæ Romano - Catholicæ, sine qua nemo salvari potest. *Contra eosdem, item contra Indifferentistas tam laxiores quam strictiores &c.*
- XXIII. Cum autem in Ecclesia saepe oriantur dubia in materia fidei & morum, debet dari infallibilis harum controversiarum Judex.
- XXIV. Qualis non est Princeps, vel Magistratus politicus,
- XXV. Nec Scriptura seu sola, seu cum spiritu privato. *Contra Protestantes.*
- XXVI. Nec spiritus privatus sine Scriptura. *Contra Schwenfeldianos.*
- XXVII. Nec solum lumen rationis. *Contra Deistas.*
- XXVIII. Sed dictus Judex est ipsa vera Christi Ecclesia, nempe Romano-Catholicæ. *Contra Protestantes, & alios Acatholicos.*

XXIX.

ex Universa Theologia.

XXIX. Hæc eadem est quoque infallibilis in declarauda orthodoxia vel heterodoxia textuum dogmaticorum aliquius libri,

XXX. Etiam in sensu literali ab auctore intento. *Contra Jansenianos.*

XXXI. Neque huic adsertioni obstant gesta Vigilii Papæ in causa trium capitulorum,

XXXII. Neque declaratio Zofimi Papæ, qua libellum Cœlestii Pelagiani orthodoxum pronuntiavit,

XXXIII. Neque alia facta historica.

XXXIV. Præterea Ecclesia infallibilem suam docendi, iudicandique auctoritatem exercet, dum corpus primorum pastorum, id est, Episcoporum, adsentiente R. Pontifice, aliquid in materia fidei aut morum in generali Concilio definit. *Contra Protestantes.*

XXXV. Aut dum idem corpus primorum pastorum per Christiani orbis provincias dispersum, dogmaticæ R. Pontificis definitioni consentit. *Contra Appellantos ad generale Concilium.*

XXXVI. Immo, quia Ecclesia ex institutione Christi supra Petrum, eiusque legitos Successores tanquam petram in fide firmissimam ac immobilem ædificata est,

XXXVII. Recte inferendum censemus, R. Pontificem aliquid ex cathedra definientem esse infallibilem iam ante adsensum Ecclesiae. *Contra permultos hodie Doctores, etiam catholicos.*

XXXVIII. Adhæc, quemadmodum D. Petrus primatum non solum honoris, sed etiam iurisdictionis in universos Fideles habuit,

XXXIX. Neque ab Apostolis illum, vel ab Ecclesia, sed immediate a Christo Domino accepit:

Positiones

XL. Ita eiusdem legitimi Successores RR. Pontifices eundem primatum in universam Ecclesiam obtinent,

XLI. Et quidem non iure duntaxat humano, nec ex dispositione Ecclesiæ, vel Principum laicorum gratia, sed iure divino, seu ex institutione Christi. *Contra Græcos schismaticos, & Protestantes.*

XLII. Ubi etiam notandum, quod Christus claves immediate Petro, non vero immediatus Ecclesiæ, quam Petro contulerit. *Contra Richerium, eiusque affecas.*

XLIII. A visibili Ecclesiæ Capite R. Pontifice ad invisibile illius caput progredimur, quod est Christus Dominus, Ecclesiam sponsam suam interno gratiarum influxu, perpetuaque protectione sustentans & conservans.

XLIV. Hic est ille Messias, Patribus in veteri Lege promissus. *Contra Iudeos.*

XLV. Quem iam advenisse, præcipue ex revelatione divina Danieli de septuaginta hebdomadis facta ostendimus. *Contra eosdem.*

XLVI. Idem etiam est verus Deus, Patri divino *ομοόπτειος*, seu consubstantialis secundum divinam naturam. *Contra Arianos, & Socinianos.*

XLVII. Duæ autem in Christo sunt naturæ, divina & humana, inconfusæ. *Contra Eutychianos.*

XLVIII. In una tamen Verbi persona hypostatice unitæ. *Contra Nestorianos.*

XLIX. Ob eandem personæ in Christo unitatem Beatissima *Θεοτοκος*, seu Deipara dicenda est. *Contra eosdem.*

L. Ex qua Verbum carnem veram & non duntaxat umbratilem assumpsit. *Contra Phantasiastas.*

LI.

ex Universa Theologia.

- LII. Quemadmodum vero duplē naturam, ita & duplē voluntatem atque operationem, divinam scilicet & humanam, in Christo confitemur. *Contra Monothelitas.*
- LIII. Ceterum mysterium Incarnationis, hactenus a nobis expositum, neque ex parte Verbi aſſumentis,
- LIII. Neque ex parte naturæ aſſumptæ,
- LIV. Neque ex parte unionis hypostaticæ repugnantiam involvit. *Contra Paganos, Deiftas, Socinianos &c. &c.*
- LV. Verbum incarnatum seu Christus est Auctor Sacramentorum N. L.,
- LVI. Quorum septem sunt numero. *Contra Protestantates.*
- LVII. Ad horum validam administrationem nec fides requiritur. *Contra Rebaptizantes & Donatistas.*
- LVIII. Nec probitas. *Contra Donatistas, Waldenses, Wiccleffum, & Hussum.*
- LIX. Attamen requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia. *Contra Lutherum.*
- LX. Qualis non est intentio, ritum externum serio ponendi, si minister Sacramenti intus in animo dissentiat, & Sacramentum confidere nolit. *Contra Ivenin, & multos alios recentiores.*
- LXI. Primum N. L. Sacramentum baptismus est, in quo Christus tanquam formam præscripsit expressam trium SS. Trinitatis personarum invocationem. *Contra non paucos Sectarios veteres, & recentiores: item contra quosdam Theologos catholicos.*
- LXII. Sumptio SS. Eucharistiae sub utraque specie nequam quam omnibus lege divina præcepta est. *Contra Calixtinos, & Protestantates.*

Positiones

- LXIII. Ecclesia a Christo potestatem accepit, non modo
rite dispositis declarandi, peccata eorum esse remissa;
sed etiam vere remittendi eadem in Sacramento Pœ-
nitentiæ. *Contra Protestantes.*
- LXIV. Quo beneficio ut quis fruatur, divino præcepto
debet distincte confiteri ministro huius Sacramenti om-
nia peccata sua, saltem gravia. *Contra Wicleffum, &*
Protestantes.
- LXV. Lex continentiae clericalis in Ecclesia tam græca,
quam latina est antiquissima,
- LXVI. Et æquissima; sive spectemus ius naturale, sive po-
sitivum divinum, sive humanum. *Contra Protestantes,*
& alios clericalis cælibatus Osores.
- LXVII. Neque contra hanc legem quidpiam evincitur ex
facto Paphnutii in Concilio Nicæno I.,
- LXVIII. Aut ex carmine S. Gregorii Nazianzeni de vita
sua, vel ex epistola S. Udalrici ad Nicolaum Papam.
- LXIX. Sacramenti matrimonii ministrum ipsosmet contra-
hentes esse, defendimus.
- LXX. Præter Sacra menta ex meritis Christi Servatoris no-
bis etiam dantur gratiæ actuales internæ ad actus salu-
tares eliciendos, & finem supernaturalem consequen-
dum.
- LXXI. Est enim gratia actualis supernaturalis interna ad
omnem prorsus salutarem actum necessaria. *Contra Pe-
lagianos.*
- LXXII. Etiam ad initium fidei & salutis. *Contra Semi-Pe-
lagianos.*
- LXXIII. Porro dividitur gratia actualis interna in effica-
cem, & pure sufficientem. Gratia efficax non est ne-
cessitans. *Contra Lutheri, Calvini, & Jansenii sequaces.*

LXXIV.

ex Universa Theologia.

LXXIV. Neque ea consistit in delectatione relative victorie
ce *Cl. Ptris Berti*, *aliorumque hodie plurimorum*.

LXXV. Neque in præmotione physica *Banneiana*.

LXXVI. Sed est auxilium a Deo ex affectu specialiter benevolo creaturæ rationali collatum, de quo Deus sine actuali decreto prædeterminante aut prædestinante ab æterno prævidit, illud cum consensu creaturæ coniunctum iri, si id creaturæ daret.

LXXVII. Quamvis autem multis gratia efficax detur; pluribus tamen datur gratia pure sufficiens, quæ nihilo minus verum est DEI beneficium. *Contra Jansenianos*.

LXXVIII. Præter gratias internas, aliaque salutis media Deus nobis etiam angelos custodes dedit.

LXXIX. Immo communis est Theologorum sententia, singulis hominibus, suum tutelarem angelum esse adsignatum. *Contra Calvinum*.

LXXX. Sicut autem angeli boni nos custodiunt, ita angeli mali non animas duntaxat hominum,

LXXXI. Sed etiam corpora variis modis divexant;

LXXXII. Quemadmodum expertus est S. Job, & experiuntur energumeni.

LXXXIII. Tales enim tempore Christi Domini datos fuisse, homo catholicus inficias ire nequit.

LXXXIV. Quin etiamnum quosdam eorum dari, convincentia argumenta ostendunt.

LXXXV. Ceterum angeli seu boni, seu mali incorporei sunt. *Contra Platonicos, & quosdam alios veteres*.

LXXXVI. Poena angelorum malorum & hominum damnatorum æternum durat. *Contra Origenem, & Socinianos*.

LXXXVII.

Positiones ex Universa Theologia.

LXXXVII. Animæ vero hominum in statu gratiæ decedentium, necdum rite purgatæ, in piaculari carcere ad tempus detinentur. *Contra Waldenses, Albigenses, & Protestantess.*

LXXXVIII. Quæ tamen piis vivorum suffragiis iuvari possunt. *Contra eosdem, & Aërium presbyterum Arienum.*

LXXXIX. Lex, quæ promulgata non est, haud obligat.

XC. Divititur autem lex generalissime spectata in naturalem, & positivam. Lex naturalis nec mutabilis, nec dispensabilis est; unde ius naturæ conditionatum, proprie loquendo, non datur.



INTRODUCTIO
AD
SACRAM SCRIPTURAM,
**
COMPENDIUM
HISTORIE ECCLESIASTICÆ
USQUE AD ANNUM MDCCCXXXVI.
CUM INDICE COPIOSISSIMO.
ACCESSIONE
NOTITIA LIBRORUM JURIS UTRIUSQUE,
ET POSITIONES
EX UNIVERSA THEOLOGIA DOGMATICO-SCHOLASTICA SELECTÆ.

EDITIO DENUO AUCTA ET EMENDATA.



AVENIONE.
APUD FRANCISCUM SEGUIN, TYPOGRAPHUM.
1836.

ORATIONES RECITANDÆ.

Ante Lectionem Veteris Testamenti.

CONFITEOR tibi , Pater , Domine cœli et terræ , quia abscondisti hæc à sapientibus et prudentibus , et revelasti ea parvulis. Ecce puer ego sum , puer parvulus et ignorans egressum et introitum meum : sonet ergo vox tua in auribus meis ; aperi mihi cor intendere his quæ ad nostram doctrinam scripta sunt : ciba me pane vitæ et intellectus , et aqua sapientiæ salutaris pota me ; ut non te derelinquam fontem aquæ vivæ , fodiamque mihi cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas. Sint castæ deliciæ meæ Scripturæ tuæ , nec fallar in eis , nec fallam ex eis ; sint in lege tua voluntas et meditatio mea die et nocte , et ero tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum , quod fructum suum dabit in tempore suo : Per Dominum.

Post Lectionem Veteris Testamenti.

Deus , qui dedisti mihi cum gaudio suscipere verbum tuum , da virtutem retinendi illud in corde bono et optimo , fructum afferendi in patientia ; ut non auditor oblivious factus , sed factor operis , obtineam benedictionem servi boni et fidelis , qui cognovit voluntatem Domini sui , et præparavit , et fecit secundum voluntatem ejus : Per Dominum.

Ante Lectionem Novi Testamenti.

Jesu , lux vera , qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum , scio quia ex Deo venisti magister , et viam Dei in veritate doces. Verba quæ locutus es nobis , spiritus et vita sunt. Sed quis est dignus aperire librum et solvere signacula ejus ? Nonne tu qui occisus es , et redemisti nos Deo in sanguine tuo ? Da mihi ergo nosse mysterium regni Dei et investigabiles divitias tuas ; explica mihi omnes thesauros sapientiæ et scientiæ Dei in te absconditos ; sermo tuus capiat in me , lucerna sit pedibus meis , et lumen semitis meis , donec aspiret dies , et inclinentur umbrae : Qui vivis et regnas , etc.

Post Lectionem Novi Testamenti.

¶¶. Hæc verba fidelissima sunt et vera.

Nunquam locutus est homo , sicut hic homo.

Credo , Domine ; adjuva incredulitatem meam.

Domine , ad quem ibimus ? verba vitæ æternæ habes.

Oratio. Salvator noster , cuius apparuit benignitas et humanitas , erudiens nos , ut abnegantes impietatem et secularia desideria , sobriè et justè , et piè vivamus in hoc seculo : concede , ut qui te similem nobis foris agnoverimus , per te intus reformari mereamur : Qui vivis , etc.



POSITIONES

EX

UNIVERSA THEOLOGIA DOGMATICO-SCHOLASTICA

SELECTÆ.

1. Datur DEUS. *Contra Atheos.*
2. Isque est infinitè perfectus. *Contra Socinianos.*
3. Unus in natura. *Contra Ethonicos, Tritheitas, aliosque Polytheos.*
4. Et trinus in personis. *Contra Sabellianos, cæterosque Anti-Trinitarios.*
5. DEUS unus et trinus colendus est cultu non solum interno, sed etiam externo. *Contra quosdam Novatores.*
6. Datur ergo vera aliqua Religio in mundo. *Contra Atheos.*
7. Eaque non solum naturalis, sed etiam positive revelata. *Contra Deistas, omnesque Religionis revelatæ hostes.*
8. Potest autem DEUS revelare mysteria etiam quæ sunt supra rationem. *Contra eosdem.*
9. Increduli verò, qui talia mysteria a DEO revelata credere renunt, manifeste peccant in ipsam rationem. *Contra eosdem.*
10. Porro ex omnibus Religionibus actu existentibus unica tantum est a DEO revelata;
11. Nimurum Religio Christiana. *Contra Paganos, Judæos Mahometanos, etc.*
12. Hæc enim sola est evidenter creditibilis;
13. Reliquæ vero omnes sunt evidenter incredibiles. *Contra eosdem.*
14. Atque hæc vera Christi Religio perpetuo durare debet.
15. Et quidem in Ecclesia visibili. *Contra Protestantes.*
16. Necesse igitur est, ut vera Christi Ecclesia certis quibusdam notis insignita sit, ex quibus agnosci, et a falsis Christianorum sectis discerni possit.
17. Tales autem notæ sunt præcipue hæc quatuor, quod vera Christi Ecclesia sit Una, Sancta, Catholica, et Apostolica.
18. Cùm hæc notæ omnes Ecclesiæ Romano-Catholiceæ convenient,
19. Et nulla earum ulli alteri sectæ Christianæ propria sit;

20. Evidenter credibile est, quod Ecclesia Romano-Catholica veram Christi fidem teneat,
21. Et evidenter incredibile, quod ulla alia Christianorum secta eamdem teneat. *Contra eosdem.*
22. Nec solum evidenter credibilis, sed etiam evidenter amplectenda est fides Ecclesiae Romano-Catholicæ, sine qua nemo salvari potest. *Contra eosdem, item contra Indifferentistas tam laxiores quam strictiores, etc.*
23. Cum autem in Ecclesia saepe orientur dubia in materia fidei et morum, debet dari infallibilis harum controversiarum Judex.
24. Qualis non est Princeps, vel Magistratus politicus,
25. Nec Scriptura seu sola, seu cum spiritu privato. *Contra Protestantes.*
26. Nec spiritus privalus sine Scriptura. *Contra Schwenfeldianos.*
27. Nec solum lumen rationis. *Contra Deistas.*
28. Sed dictus Judex est ipsa vera Christi Ecclesia, nempe Romano-Catholicæ. *Contra Protestantes, et alias Acatholicos.*
29. Hæc eadem est quoque infallibilis in declaranda orthodoxia vel heterodoxia textuum dogmaticorum alicujus libri.
30. Etiam in sensu litterali ab auctore intento. *Contra Jansenianos.*
31. Neque huic assertioni obstant gesta Vigilii Papæ in causa trium capitulorum,
32. Neque declaratio Zosimi Papæ, qua libellum Cælestii Pelagiani orthodoxum pronuntiavit,
33. Neque alia facta historica.
34. Præterea Ecclesia infallibilem suam docendi, judicandique auctoritatem exercet, dum corpus primorum pastorum, id est, Episcoporum, adsentiente R. Pontifice, aliquid in materia fidei aut morum in generali Concilio definit. *Contra Protestantes.*
35. Aut dum idem corpus primorum pastorum per Christiani orbis provincias dispersum, dogmaticæ R. Pontificis definitioni consentit. *Contra Appellantem ad generale Concilium.*
36. Immo, quia Ecclesia ex institutione Christi supra Petrum, ejusque legitimos Successores tanquam petram in fide firmissimam ac immobilem ædificata est,
37. Recte inferendum censemus, R. Pontificem aliquid ex cathedra definientem esse infallibilem jam ante adsensum Ecclesiae. *Contra permultos hodie Doctores, etiam catholicos.*

38. Adhæc , quemadmodum D. Petrus primatum non solum honoris , sed etiam jurisdictionis in universos Fideles habuit ,
39. Neque ab Apostolis illum , vel ab Ecclesia , sed immediate a Christo Domino accepit :
40. Ita ejusdem legitimi Successores RR. Pontifices eundem primatum in universam Ecclesiam obtinent ,
41. Et quidem non jure duntaxat humano , nec ex dispositione Ecclesiæ , vel Principum laicorum gratia , sed jure divino , seu ex institutione Christi. *Contra Græcos schismaticos , et Protestantes.*
42. Ubi etiam notandum , quod Christus claves immediate Petro , non vero immediatus Ecclesiæ quam Petro , contulerit. *Contra Richerium , ejusque asseclas.*
43. A visibili Ecclesiæ Capite R. Pontifice ad invisible illius Caput progredimur , quod est Christus Dominus , Ecclesiam sponsam suam interno gratiarum influxu , perpetuaque protectione sustentans et conservans ,
44. Hic est ille MESSIAS , Patribus in veteri Lege promissus. *Contra Iudeos.*
45. Quem jam advenisse , præcipue ex revelatione divina Danieli de septuaginta hebdomadis facta , ostendimus. *Contra eosdem.*
46. Idem etiam est verus DEUS , Patri divino ~~ius~~^{ius} , seu consubstantialis secundum divinam naturam. *Contra Arianos , et Socinianos.*
47. Duæ autem in Christo sunt naturæ , divina et humana , inconfusæ. *Contra Eutychianos.*
48. In una tamen Verbi persona hypostaticæ unitæ. *Contra Nestorianos.*
49. Ob eamdem personæ in Christo unitatem Beatissima ~~Θεοτόκος~~ , seu Deipara dicenda est. *Contra eosdem.*
50. Ex qua Verbum carnem veram et non duntaxat umbratilem assumpsit. *Contra Phantasiastas.*
51. Quemadmodum verò duplicem naturam , ita et duplicem voluntatem atque operationem , divinam scilicet et humanam , in Christo confitemur. *Contra Monothelitas.*
52. Cæterum mysterium Incarnationis , hactenus a nobis expositum , neque ex parte Verbi assumentis ,
53. Neque ex parte naturæ assumptæ ,
54. Neque ex parte unionis hypostaticæ repugnantiam involvit. *Contra Paganos , Deistas , Socinianos , etc.*
55. Verbum incarnatum seu Christus est Auctor Sacramentorum N. L. ,

56. Quorum septem sunt numero. *Contra Protestantes.*
57. Ad horum validam administrationem nec fides requiritur. *Contra Rebaptizantes et Donatistas.*
58. Nec probitas. *Contra Donatistas, Waldenses, Wiccleffum, et Hussum.*
59. Attamen requiritur intentio faciendi quod facit Ecclesia. *Contra Lutherum.*
60. Qualis non est intentio, ritum externum serio ponendi, si minister Sacramenti intus in animo dissentiat, et Sacramentum confidere nolit. *Contra Juenin, et multos alios recentiores.*
61. Primum N. L. Sacramentum Baptismus est, in quo Christus tanquam formam præscripsit expressam trium SS. Trinitatis personarum invocationem. *Contra non paucos Sectarios veteres, et recentiores; item contra quosdam Theologos catholicos.*
62. Sumptio SS. Eucharistiae sub utraque specie nequam omnibus lege divinâ præcepta est. *Contra Protestantes.*
63. Ecclesia a Christo potestatem accepit, non modo rite dispositis declarandi, peccata eorum esse remissa; sed etiam verè remittendi eadem in Sacramento Pœnitentiae. *Contra Protestantes.*
64. Quo beneficio ut quis fruatur, divino præcepto debet distincte confiteri ministro hujus Sacramenti omnia peccata sua, saltem gravia. *Contra Wiccleffum, et Protestantes.*
65. Lex continentiae clericalis in Ecclesia tam græca, quam latina est antiquissima,
66. Et æquissima; sive spectemus jus naturale, sive positivum divinum, sive humanum. *Contra Protestantes, et alios clericalis cælibatus osores.*
67. Neque contra hanc legem quidpiam evincitur ex facto Paphnutii in Concilio Nicæno I.,
68. Aut ex carmine S. Gregorii Nazianzeni de vita sua, vel ex epistola S. Udalrici ad Nicolaum Papam.
69. Sacramenti matrimonii ministrum ipsosmet contrahentes esse, defendimus.
70. Præter Sacraenta ex meritis Christi Servatoris nobis etiam dantur gratiæ actuales internæ ad actus salutares eliciendos, et finem supernaturalem consequendum.
71. Est enim gratia actualis supernaturalis interna ad omnem prorsus salutarem actum necessaria. *Contra Pelagianos.*
72. Etiam ad initium fidei et salutis. *Contra Semi-Pelagianos.*
73. Porro dividitur gratia actualis interna in efficacem,

- et pure sufficientem. Gratia efficax non est necessitans. *Contra Lutheri, Calvini, et Jansenii sequaces.*
74. Neque ea consistit in delectatione relative victrice
Cf. P. Berti, aliorumque hodie plurimorum.
75. Neque in præmotione physica *Bannesianæ.*
76. Sed est auxilium a Deo ex affectu specialiter benevolo creaturæ rationali collatum, de quo Deus sine actuali decreto prædeterminante aut prædestinante ab æterno prævidit, illud cum consensu creaturæ conjunctum iri, si id creaturæ daret.
77. Quamvis autem multis gratia efficax detur; pluribus tamen datur gratia pure sufficiens, quæ nihilominus verum est DEI beneficium. *Contra Jansenianos.*
78. Præter gratias internas, aliaque salutis media Deus nobis etiam angelos custodes dedit.
79. Immo communis est Theologorum sententia, singularis hominibus, suum tutelarem angelum esse designatum. *Contra Calvinum.*
80. Sicut autem angeli boni nos custodiunt, ita angeli mali non animas duntaxat hominum,
81. Sed etiam corpora variis modis divexant;
82. Quemadmodum expertus est S. Job, et experiuntur energumeni.
83. Tales enim tempore Christi Domini datos fuisse, homo catholicus inficias ire nequit.
84. Quin etiamnum quosdam eorum dari, convincentia argumenta ostendunt.
85. Cæterum angeli seu boni, seu mali, incorporei sunt.
Contra Platonicos, et quosdam alios veteres.
86. Poena angelorum malorum et hominum damnatorum æternum durat. *Contra Origenem, et Socianianos.*
87. Animæ vero hominum in statu gratiæ decedentium, necdum rite purgatae, in piaculari carcere ad tempus detinentur. *Contra Valdenses, Albigenses, et Protestantes.*
88. Quæ tamen piis vivorum suffragiis juvari possunt.
Contra eosdem, et Aërium presbyterum Arianum.
89. Lex, quæ promulgata non est, haud obligat.
90. Dividitur autem lex generalissime spectata in naturalem, et positivam. Lex naturalis nec mutabilis, nec dispensabilis est; unde jus naturæ conditionatum, proprie loquendo, non datur.
-

Notae:

- (1) Cf. 1) Codex Iuris Canonici. Pius Papa IV, [Professio Catholicae Fidei](#) ([Wyznanie Wiary katolickiej](#)).
- 2) S. Pius Papa X, [Iusiurandum contra errores modernismi](#) ([Przysięga antymodernistyczna](#)).
- 3) Urbanus Papa VIII, Benedictus Papa XIV, [Professio Fidei Orientalibus praescripta](#) ([Wyznanie Wiary dla chrześcijan wschodnich](#)).
- 4) S. Robertus Cardinalis Bellarminus SI, Doctor Ecclesiae, a) [Compendium Doctrinae Christianae](#) ([Katechizm mniejszy czyli Nauka Chrześcijańska krótko zebrana](#)). b) [Catechismus, seu: Explicatio doctrinae christiana](#) ([Wykład nauki chrześcijańskiej](#)).
- 5) S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis, [De Catholicae Ecclesiae unitate](#).
- 6) P. Christianus Pesch SI, a) [Praelectiones dogmaticae. De ecclesia, corpore Christi mystico](#). b) [Compendium Theologiae dogmaticae](#). c) [De membris Ecclesiae](#).
- 7) Sac. Josephus Papp-Szilágyi de Illyésfalva, [De electione Romani Pontificis](#).
- 8) D. Henricus Maria Pezzani, [Codex Sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae. Can. 26. Devius a fide catholica, haereticus, vel schismaticus eligi prohibetur in Romanum Pontificem; si eligatur nulla est electio](#) ([Kodeks Świętego Katolickiego Kościoła Rzymskiego. Kanon 26. Zakazany jest wybór na Papieża tego, kto odstąpił od wiary katolickiej, heretyka lub schizmatyka; jeśli ktoś taki zostanie wybrany, wybór jest nieważny](#)).
- 9) P. Timotheus Zapelena SI, [De Ecclesia Christi. Pars apologetica. Thesis IX. E Christi ipsius institutione Petrus habebit successores in primatu ad finem usque saeculorum](#).
- 10) S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, Ordinis Praedicatorum, [Summa Theologica. Num Papa mortuo remaneat ejus potestas. – Ad quos electio Summi Pontificis pertinet](#).
- 11) Albertus Nègre, Archiepiscopus Turonensis, Sacrae Theologiae Doctor, [Cursus Theologiae Dogmaticae. De Romani Pontificis infallibili magisterio](#).
- 12) Sac. Petrus Semenenko CR, [Papa semper idem sit formaliter qui et materialiter](#) ([Papież zawsze ten sam jest formalnie, co i materialnie](#)).
- 13) P. Parthenius Minges OFM, a) [Compendium theologiae dogmaticae generalis](#). b) [Compendium theologiae dogmaticae specialis](#). c) [Ecclesia est infallibilis](#). d) [De religione judaica postchristiana](#). e) [Falsa systemata de relatione inter fidem et rationem. Modernismus](#).
- 14) Sac. Constantinus Joannes Vidmar, [Compendium repetitorium Theologiae dogmaticae tum generalis cum specialis](#).
- 15) S. Alphonsus Maria de Ligorio, Ecclesiae Doctor, [Opera dogmatica](#).
- 16) P. Ferdinandus Cavallera SI, [Thesaurus doctrinae catholicae ex documentis Magisterii ecclesiastici](#).

- 17) P. Fr. Carolus Thil OESA, *Exercitatio theologica de locis, seu fontibus Theologiae Christianae. De Ecclesia Christi.* a) *De summa Catholicae Doctrinae circa veram Christi Ecclesiam.* b) *De Notis verae Ecclesiae Christi. Propositio IV. Nota quarta distinctiva verae Ecclesiae, est, quod sit Apostolica primo ratione doctrinae, et secundo ratione suae originis, id est in perpetua, et non interrupta Pastorum suorum successione ab Apostolis.*
- 18) Sac. F. H. Reinerding, a) *De iis, qui auctorati Ecclesiae obluctantur.* b) *De necessitate Ecclesiae ad salutem.*
- 19) P. Dominicus M. Prümmer OP, *Manuale iuris canonici in usum scholarum.*
- 20) P. Anselmus Stolz OSB, *Manuale Theologiae Dogmaticae. – De Ecclesia.*
- 21) Pius Papa XII, *Litterae encycliche "Mystici Corporis Christi". De Mysticō Iesu Christi Corpore deque nostra in eo cum Christo coniunctione.* (*Encyklika "Mystici Corporis Christi". O Mistycznym Ciele Chrystusa.*)
- 22) Acta et decreta sacrosancti oecumenici Concilii Vaticani (1870), *Primum Schema Constitutionis dogmaticae de Ecclesia Christi Patrum examini propositum.*
- 23) Themata dogmatica Concilii Vaticani. Votum P. Ioannis Perrone e Societate Iesu, *De Ecclesia eiusque iuribus.*
- 24) Sac. Stanislaus Frankl, *Cardinalis Joannis Turrecrematae doctrina de notis Ecclesiae.*
- 25) P. Guilielmus Nakateni SJ, a) *Coeleste Palmetum. Lectissimis pietatis exercitiis ornatum.* b) *Commonitorium breve de Ecclesia, seu scutum Fidei catholicae contra profanas haereticorum novitates.*
- 26) Tertulliani *Liber de praescriptionibus adversus haereticos* et S. Vincentii Lirinensis *Commonitorium.*
- (Nota ab ed. ***Ultra montes***).



([HTM](#))